

verheftet, gehört an  
Stück 1

S. LVDOVICI  
GALLIARVM  
REGIS PRÆCEPTIO-  
NES BENE VIVENDI  
Ad Primogenitum,  
*Poeticis numeris astricta,*  
Per  
PETRVM STREITHAGENVM  
ANDREAE FIL. CANONICVM  
Heinsbergensem.

S. LUDOVICI  
GALLIARVM REGIS  
PRAECEPTIONES BENE VI-  
uendi ad primogenitum,

*Poeticis numeris astrictæ,*

PER

PETRV M STREITHAGENVM  
Andræ Fil. Canonicum Heinf-  
bergensem.

**O** Qui prima uas flores atate iuuenta,  
Nate, olim patrio iura dature solo;  
Tantarum ut possis in spem consurgere rerū,  
Et fungi officio Principis usque pij:  
Dilige supremum coeli super omnia numen,  
Et magnum interno pectore condere Deū:  
Illius casto semper tenearis amore,  
Et tibi nil unquam carius esse sinas:  
Hinc etenim aeterna dependēt premia palma,  
Atque anima finem non habitura salus,  
Quam frustra meritis ullis acquirere speras,  
Cui mens diuino non prius igne flagret.  
Sollicitos etiam gratos reuerere parentes,  
Qui tibi sunt uita caussa secunda tua;

Et

PHILIPPO

GVLIELMO,

COMITI PALATINO

Rheni, &c.

Principi Iuuentutis.

**C**LARA Ducum soboles, geidi qua  
flumen ad Istri,

In spem Iuliaci progenerata soli es;

Accipe Gallorum praecepta salubria regis,

Quæ nati mores instruit ille sui,

Gallorum regis, sanctis conatibus ausi,

Trans mare barbarico ponere castra solo.

Illa informabunt surgentem ad magna ius-  
uentam,

Deuotæ mentis symbola certa mea:

Nec cõtemne ideo quod sint breuiuscula. par-  
tis

Illustris proles erudienda venit.

A

2

S.LV-

Lancinat, & placidos non finit ire dies;  
Aut vni noto vita bonitate tuorum,  
Idque malis animi dulce leuamen erit;  
Nam velut atherei lampas praefulgida coeli,  
Exortu pellit nubila fusca suo,  
Pharmaca sic iuste factis admota querelis,  
Mestitia exanguis corda leuare solent.  
Cumq; salutiferum munus peragetur ad arã  
Maius in immenso quo nihil orbe datur;  
Huc desiderio toto te transfer, & omni  
Officiis asta cum pietate sacris;  
Tum procul absistant nugaeque, humilesque  
susurri,  
Nec vaga per templum lumina cura ferat.  
Sed sancto placidum vultu signante pudore  
Lingua suis precibus, suppliciiisque vacet.  
Iamq; ubi sidereo Christus descendet olympo,  
Et coram sistent mystica verba Deum,  
Ita mentem reuoca nostra monumenta salutis,  
Cuius mnemosynen liba verenda gerant;  
Et meditare pius duros in morte dolores,  
Infamemq; crucem, sanguineaq; genas,  
Brachiaq; amplexus misero tendentia mudo  
Conuulsamq; caput, mēbraq; vincta gelu;  
Ceteraq; heu, magni nato nō digna parētis,  
Quanquā isthac nostri passus amore fuit.  
Quae quoq; diuinis libris hortamina propta  
Aetheri populum nostris imbre rigant.



*Et quaecunq; dabunt praecepta salubria me-  
rum,*

*Difficili noli spernere fronte data;  
Sed placide amborum conformis nutibus esto,  
Quisq; potes studiis, obsequiisq; cole.*

*Tum caue mortifera ne dira piacula noxae  
Inficiant animum labe nigrante tuum,  
Omnibus ante velis paenis exponere corpus,  
Quam puras mentis commaculare niues,  
Aethereique patris pedibus substernere leges,*

*Qui largè immerito tot benefacta dedit:  
Attamen in vitium quoniam prono impete  
ferre*

*Natura humani corporis usque solet;  
Ceu caua praecipiti desertur flumine cymba,  
Præterit & cursum corripientis aqua:*

*Sæpe Sacerdotes coram lustrandus adito,  
Et vitæ resera turpia facta tua;*

*Inque hoc diuini doctos mysteria verbi*

*Elige, & officij munia sancta sui;  
Qui tempestiuis monitis, tã quid sit agendũ,  
Quam quid omittendum promere vite  
queant;*

*Ac talem vultu, talem te moribus offer,*

*Sublimi posita conditione status,  
Ut fontẽ ingenuis ausint reprehendere verbis,  
Vulneraque intrepida sollicitare manu.*

*His expone simul si quis præcordia vermis*

Scilicet indigna ne consuetudine semper,  
Concessas multis auferat vnus opes.  
Interea humana sortis nō immemor vnquā,  
Et quam sit dubiis subdita vita modis;  
Cum tristes geminat casus fortuna nouerca,  
Obruit & miserum saeva procella caput,  
Fer patienti animo, & compresso murmu-  
re lingua,  
Te plura acceptis commeruisse puta;  
Hac tua non paruum faciet patientia lucrū,  
Et quam sperâras postmodo maior eris:  
Cum vero arrisit latis fors rursus ocellis;  
Et versa tribuit prospera cuncta rota,  
Mente Deo grates humili cum saepe referto,  
Tum crebro fusa sollicitato prece,  
Ne tumide fastu mentem inflāmatusi nani,  
Indignus tantis efficiare bonis,  
Et scelerum causas crescens opulētia gignat.  
Qua vita augmentum debuit esse pia:  
Sed quo muneribus semper potiora receptis,  
A patre coelesti munera ferre queas.  
Fac animi miseros solere benignus egentes,  
Detque opibus dignam dextera larga stipē,  
Et quoscunque premet saui inclementia fati,  
Praesidio clemens hos tueare tuo.  
Nec minus & quorum vitam assuetudine  
ducis,  
Et comites iungis tempus in omne tibi;  
Sine

Illā frequentāndi tua corda cupidine flagrēt,  
Spem si perpetua prosperitatis habes;  
Et non vlla auidas contingat gratior aures,  
Quā qua de summo mentio facta Deo est:  
Romanis porro vine addictissimus aris  
Et latios ritus subdita turba colat,  
Et quem Pontificē tyrij dabit ordo senatus,  
Ut regat imperiis omnia sacra suis,  
Illum ceu patrem magno venerator honore,  
Et sanctis monitis pectora prompta gers;  
Atq; ubi pro summo terrarum iure, polique,  
Quod quondam Petro Christus habere  
dedit;

Coelestis nutu laxārit limina porta,  
Et facilem ad superos fecerit esse viam;  
Muneribus tantis gaude, curaq; decenti,  
Te dignum extemplo, participemq; face.  
Neue nouis populi sectarum erroribus acti,  
Dāna anima nunquā post reparāda luāt,  
Opprime consurgēs prima cito virus in herba,  
Nascentiq; ansam deme, caputque malo.  
Hoc fiet mysta templis, arisque dicati,  
Si docti fuerint, innocuique viri.  
Quare age maturis semper suasoribus utens,  
Talibus ut tradas munera sacra, vide,  
Et quibus haud aliā reditus aliaque quot-

annis  
Ex ade obueniant, immeritumq; lucrum;

A 4 Sceli-



Scilicet indigna ne consuetudine semper,  
 Concessas multis auferat vnus opes.  
 Interea humana sortis nō immemor vnquā,  
 Et quam sit dubiis subdita vita modis;  
 Cum tristes geminat casus fortuna nouerca,  
 Obruit & miserum saua procella caput,  
 Fer patienti animo, & compresso murmu-  
 re lingua,  
 Te plura acceptis commeruisse putā;  
 Hac tua non paruum faciet patientia lucrū,  
 Et quam sperāras postmodo maior eris:  
 Cum vero arrisit latis sors rursus ocellis;  
 Et versa tribuit prospera cuncta rota,  
 Mente Deo grates humili cum saepe referto,  
 Tum crebro fusa sollicitato prece,  
 Ne tumide fastu mentem inflāmatusi nani,  
 Indignus tantis efficiare bonis,  
 Et scelerum caussas crescens opulētia gignat,  
 Qua vita augmentum debuit esse pia:  
 Sed quo muneribus semper potiora receptis,  
 A patre coelesti munera ferre queas.  
 Fac animi miseros solere benignus egentes,  
 Detque opibus dignam dextera larga stipē,  
 Et quoscunque premet saui inclementia fati,  
 Præsidio clemens hos tueare tuo.  
 Nec minus & quorum vitam assuetudine  
 ducis,  
 Et comites iungis tempus in omne tibi;

SINE



*Sive sacri fuerint, fuerint ij sive profani,  
Eximia morum sint probitate viri.  
Sint doctrina aucti, placida sint pacis aman-  
tes,*

*Egregiaque fide, iudicioque graui.*

*Cumque his trade lubens longas sermonibus  
horas,*

*Deq; staturerū verba frequenter habe:*

*At contra illorum semper commercia vites,*

*Queis spreta integritas, religioque iacēt.*

*Turbaque delatrix penitus tota exulet aula,*

*Et celans dulci toxica dira fauo.*

*Tum quocumque loco fueris, quoscumque vel  
inter,*

*Hac sedeat menti sedula cura tua.*

*Ne defranata turpis petulantia lingua*

*Audeat illicitis soluere labra sonis.*

*Et proferre animos teneros quod ad improba  
flectat,*

*Et vitiis aptet, perficiatque viam;*

*Sive venenatis alienum rodant honorem*

*Morsibus, infami diminuaturque nota;*

*Sive execranda celet periuria fraude,*

*Et superos sannis, ludibriisque petat.*

*Non impune pias violent ea crimina mentes,*

*Nequitiaque suæ premia digna ferant.*

*Tuque ipse à fœdis absistas vocibus ultro,*

*Et nigro fugias illita verba sale;*

Hoc alios melius quā mille edicta docebit,  
Ore verecundo non nisi sancta loqui.  
Præcipue vero custos rigidissimus aequi,  
Iura tuis populis intemerata dato;  
Idq; ut præscribūt venerāda volumina legū,  
Et ratio cunctis legibus una prior;  
Nec de iustitia recto unquam tramite flecti,  
Sive odio ductus, sive favore velis;  
Omnibus ast idem nullo discrimine iudex,  
Vota etiam placidā pauperis aure bibe.  
Et quoniam ingenti populo nō sufficis unus,  
Præfectos postcunt & loca quaque suos,  
Cura habeas vsu rerum, vitæque probatos,  
Qui tantum recte munus obire queant,  
Quos nō trāsuersos rapiat spes improba lucri,  
Aut miserorum opibus se satiare iuuet,  
Sed quos vel solo trahat inclyta nomine vir-  
tus,

Atque æquo ducant cuncta minora vires;  
Et ne fallaris sæpe explorato clientum  
Iudicia, officiis qua ratione vacent.  
Quin etiā Themidos fuerit reuerentia tātā,  
Tantus & Astræa pectora tangat amor,  
Aduersi ut partes studeas defendere semper;  
Qui tecum litem, dissidiumque gerit;  
Atq; tuo huic ipsi tantisper adesse favore,  
Donec sit penitus cognita causa tibi.  
Sic quos consiliis adhibes, rebusque gerundis,  
Cuique

Cuique suum tribuent liberiore modo.  
Præterea illicito si quid possideris usu,  
Abque morâ proprio restituatur hero.  
Longa per innumerâ quamuis successio stirpẽ  
Subiectum imperius iusserit esse suis;  
Sin vero dubiam versat sententia mentem,  
Nec satis inuasa iura probata rei;  
Protinus arbitriũ prudẽtum exquire virorũ,  
Atque horum arbitrio singula quicquid gere,  
Sicut in obscuro quassati turbine ponti,  
Confugit ad Calabrã nauta relictus acũ;  
Ut quos imperij populos moderaris habenis,  
Pace diu possint, iustitiaque frui,  
Templorum imprimis proceres, araque mi-  
nistri,  
Turbaque sub votis relligiosa suis.  
Namque malis cunãtis scateant cum tristitia  
bella,

Nilus ut admixtas sordibus vrget aquas,  
Quantũcunq; licet fugias certamina Martis,  
Atque implacata saua duella Dea;  
Maximẽ & in Christi tecũ pia sacra colẽtẽ,  
Armatus lento progrediare pede,  
Prudentique prius disquiras singula mente,  
Cognatus tingat quam tua tela cruor;  
Dũ tamẽ in miseris violẽta iniuria pugnas,  
Pertrahat, & terris multa timenda tuis,  
Ne patiare vnquam casti penetralia tecti,



Et rite athereis indita templa deis,  
Sacrilego furto, scelerumque immanib. ausis  
Pollui, & insontes damna subire viros.  
Atq; etiã externo tutus cum degis ab hoste,  
Internum patrio limite pelle procul,  
Nascentesque iras subiectos inter, & acris  
Dissidij primo semina tolle die.  
Insuper impensa sese moderamine frangant,  
Nec <sup>dic</sup> ~~dic~~at magnas prodigus usus opes:  
Sed ratio tumida fastus attemperet aula,  
Et valeat procerum luxuriosa cohors.  
Postremo omnigenis virtutibus excole mentē,  
Et quodcunque boni noris, amare stude;  
At vero scelerum cunctorum crimina vita,  
Et mala sollicito quaque timore fuge;  
Inde tuos felix populos fortuna beabit,  
Vivet & à busto posthuma fama tibi.

F I N I S.



mpia hie,  
immancie. adu  
a fubve roro  
dego ad hofe  
e procul,  
et, q' acris  
die  
vine frangant,  
u' r' su opes:  
peret aula,  
q' sa to poro.  
excole menti,  
amare stude,  
vina vira,  
ore fuge,  
beabit,  
am a tobi













